

Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.

Wersja sandomierska z uzupełnieniami wersji krakowskiej

Rękopis Biblioteki Narodowej w Warszawie, sygn. 3068 III, k. 21ra

Odczyt: Maciej Mikuła

Artykuł 4

[4 § 1] ^a-De tribus magnis iudicis. Capitulum IIII^{-a}

Ille supremus iudex, qui in Meydburg iudicio pre[sidet], hoc castellanus, qui sedet tam [s] iudicia provincialia in anno: <feriatus dies est vulgariter deicus dies vel celebris et solemnis dies vulgariter naroczýszthÿ dzÿen ^b> unum in die sancte Agathe, secundum in die sanctorum Johannis et Pauli, tercium in octava sancti Martini. Si vero ceciderit aut evenerit aliquod horum iudiciorum ad diem celebrem aut feriatum, <Cum scultetus aut castellanus ad iudicium non venerit ^c> extunc amisit suum iudicium. Et si scultetus aut solus castellanus ad iudicium non venerit, quia scultetus <Sentencia vulgariter orthel ^c> castellano primam sentenciam debet invenire.

[4 § 2] ^a-Talentum vulgariter rubl et facit XX grossos argenti puri in sua summa^{-a}

Et si scultetus non venerit ad castellanum, qui si sit <Legale impedimentum vulgariter sprawyedlýwa przekaza vel nagabanÿe ^c> tempus iudicii, extunc decem talenta demeretur, nisi legale impedimentum, ipsum impedierit, quod probare poterit, ut ius dictaverit.

[4 § 3] ^a-Quid castellanus iudicat^{-a}

Quidquid criminale nephas seu factum cause sue commissum fuerit xiiii diebus ante suum iudicium, hoc castellanus debet iudicare et nemo alius.

^{a-a} czerwonym inkaustem; ^b na marginesie

[hasła: Magdeburg, sędzia, kasztelan, sądy wielkie, sołtys, przestępstwo, roczek, posiedzenie]